



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

§. 3. Sanctissima Virgo tribuit incrementum fœcunditatis Personæ Spiritus  
Sancti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

Quale incrementum stimulat nos ad formandum hunc gloria: re-cepit per-sonam Filii à Sanctissi-mâ Virgine. Nihilominus S. Athanasius ex-conceptum, quod sicut Verbum nostrum capax est duarum Nativitatium, interioris & exterioris. Interior est, quando concipimus in mente aliquam cogitationem, quam custodimus in nobis in ipso, quamque appellat *Verbum mentis*, Verbum internum; Et alia nostris affixa exterior est labii, quando producimus extra per verbum quoddam sensibile id, quod cogitamus; Et hoc Verbum exterior, quod est velut secunda quadam Nativitas interioris, ipsi tribuit totum complementum, quod haberi potest: ita Verbum exteriorum conceptum & productum in sinu Patris, quod autem permanebat totum internum & absconditum in seipso, ante cuncta Secula, capax etiam fuerit secundæ cujusdam Nativitatis, vi cuius manifestatum & ostensum fuerit exterior, ac sensibile redditum, ut cognoscere possemus omne arcanum cordis Dei,

quodque magna hæc cogitatio in intellectu ipsius, quam concepit ab eterno, quamque servavit in semet- ipso, tandem exposita fuerit oculis nostris. Quis non fatebitur, quod juxta nostrum concipiendi modum, hæc secunda Nativitas Verbi Patris eterni, tribuerit ipsi totum, quod habere potest, complementum?

Cum igitur Beatissima Virgo prædestinata sit, ut sit velut os exteriorius Patris, quod exteriorius producat nobis divinum ipsius Verbum; ipsa enim est, quæ contulit ipsi corpus, idque visibile reddidit atque sensibile; cumque nasci illud fecerit secundâ vice, ut dare illi totum complementum, quod habere potest Verbum quod est, proficeri exteriorius, postquam conceptum fuerat interiorius: Quis non videt, quod nuncupari possit ipsa non minus respectu secundæ Personæ, quam respectu primæ, complementum Sanctissimæ Trinitatis? Totius Trinitatis Complementum?

### §. III.

#### *Sanctissima Virgo tribuit incrementum fæcunditatis Personæ Spiritus Sancti.*

**S**ed res magis adhuc manifesta est respectu tertiae Personæ, quæ est Spiritus Sanctus. Ipse infinità ratione perfectus est, quia adoramus ipsum velut eundem Deum cum Patre & Filio: hæ duas Personas non sunt nisi unicum solum

principium Spiritus Sancti, eo quod prodacant ipsi per divinam voluntatem, quæ est eadem in ambo-bus. Dubitari non potest, quia ipse infinità ratione sit perfectus, eo quod habeat eandem essentiam divinam, & omnes easdem perfections

**Quale  
Comple-  
mentum  
Sanctissi-  
ma Virgo  
tribuat per-  
sona Spiritu-  
tus Sancti.**

Actiones infinitas, quæ sunt in alijs personis divinis; omnem igitur bonitatem habet, omnemque fœcunditatem, quæ est in Patre & in Filio, cum non sit ipsis inferior, sed ipsis æqualis in omnibus.

Et nihilominus non videmus haec fœcunditatem in illo; ipse non manifestabat se, antequam Sanctissimâ Virgo ei ad hoc præbuerit occasionem. Illa Patris nobis apparuit in generatione æternâ Filij sui Unigeniti: Patet & Filius manifestatunt suam in productione Spiritus Sancti. Sed tercia hæc Persona æquè dives in bonitate & fœcunditate ac duæ aliae, videbatur sterilis, cum ipsis impossibile esset producere quartam personam in Trinitate. Mira profectò res est, quod plerumque attribuatur potentia Patri, sapientia Filio, & bonitas Spiritui Sancto. Jam, qui dicit bonitatem, dicit fœcunditatem, eo quod proprium sit bonitati dare & communicare se; & nihilominus hæc bonitas, quam concipiimus in Spiritu Sancto, velut in suo throno, & in totâ excellentiâ suâ permanebat sterilis intus in Deo.

**Cur Spir-  
itus Sanctus,  
cui attri-  
butur bo-  
nitas per  
excellen-  
tiam, sit  
sterilis in-  
tus in Deo?**

Nonnè judicaremus, juxta exiguum cognitionis nostræ lumen, quod foret incrementum gloriae, & perfectum complementum infinitæ huic bonitati Spiritus Sancti, si esset etiam principium alicujus personæ divinæ; sed hoc est impossibile intra septum & comple-

xum Sanctissimæ Trinitatis. Quare hoc asserimus! Fides nos sic docet, & hoc sufficit, ut firmiter ita credamus. Verum postquam ita captivavimus intellectum nostrum in credendo, si permisum esset nobis attollere oculos tenuis ac debilis nostræ rationis humanæ ad aspiciendum illam, videremus, quod bonitas hæc infinita ratione fœcunda, quæ se terminat ad Spiritum Sanctum, tota sit exhausta à Patre & à Filio in producendo ipsum, cum minus non possent, quam impendere illam totam integrum ad producendum terminum tam nobilem. Verum est, quod habeat ipse eandem hanc bonitatem fœcundam, quæ est in Patre & Filio, sed habet ipsam totam exhaustam, cum ipsem torus, si ita loqui licet, ipsis sit exhaustio.

Nihilominus conqueri videtur apud Prophetam Isaiam: *Nunq. Isa. 66. v. 9.*  
*quid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam?* Responderi posset ipsi, quod Rachel marito suo; *Ingredere ad ancillam, ne pariat,* Gen. 16. v. 2.  
Ita Bonitas infinita Spiritus Sancti eris fœcunda, & nasci videbis personam quandam divinam, si non ex propriâ tuâ substanciali, saltem ex virtute tuâ infinitâ: Verum hoc erit per ancillam, Virginem hanc Matrem, quæ Angelo apportanti sibi è cælo magnitudine hoc numerum, quod conceptura erat ex operatione Spiritus Sancti, respondum dedit: *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. v. 38.

D 3

Cùm 38.

Cum igitur Beatissima Virgo prædestinata sit ad producendum personam quamdam divinam ex operatione Spiritus Sancti, sicut verbis luculentis nobis declarat Evangelium : *Quod enim in eâ natum est, de Spiritu Sancto est, ipsaque appetere faciat in illo gloriosam hanc fecunditatem per productionem personæ cuiusdam divinæ, quam ipse non habet in Divinitate: nonne videtur, quod ipsa conferat illi in hoc admirabile quoddam complementum, ipsaque meritò nunquam cupari possit respectu Spiritus Sancti, sicut respectu Patris & Filii, complementum universale Sanctissimæ Trinitatis, totius Trinitatis complementum.*

Nihil amplius exoptandum mihi fuerat post hanc declarationem,

quæ mihi ostendebat, quanto ueritatem prædestinatio Sanctissimæ Virginis attulerit omnibus tribus Personis adorandæ Trinitatis; totus igitur attonitus mansi æstimatione & admiratione incomparabilem ipsius Excellentiarum; Verum quasi Comes meus legisset in corde meo, ubi nonnisi magna & glotiosa volebam de Beatissimâ Virgine, etiam pro vitâ prælenti (siquidem imaginabat mihi, ipsam resplendere debuisse majori honore & felicitate, quam omnes Principes mundi) interrogavit me: An probè nosti, quid ergâ tum felix tamque aufpicata prædestinatione producerit in illâ per totum cursum vitæ suæ mortalis? Dicam tibi, & forsitan admitaberis.

## ARGUMENTUM.

*Quid prædestinatione Sanctissima Virginis produxit in illâ, cum viveret adhuc in terris.*

### ARTICULUS V.

**Q**uam male infirma rationis nostræ humanae luminaju dicare faciunt de rebus Dei? Probè novimus, prædestinationem esse decretum liberum voluntatis divinæ, infinitum denotans amorem erga animas prædestinatas, eo quod per hoc deducantur ad possessionem boni infiniti; Sicut econtra reprobatio denotat infinitum odium erga alias, quas

ob sua criminâ condemnat ad miseras aeternas; Et ex hoc judicamus, nihil esse in totâ serie prædestinationis electorum, quod plenum & certum non sit felicitate, eo quod sit effectus amoris infiniti, qui velle non potest nisi bonum objecto amato; Et hoc judicium videtur æquitati omnino consonaneum.

Nihil.